



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

Vorwort

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

**H**VNC de canum venaticorum cura libellum iam  
Holim Vitebergæ ante LXVII annos Andreas Au-  
rifaber Vratislauensis medicus edidit, & Rudberti cu-  
iisdam Moshaimi versionem secutus latinum fecit: quin  
& nomen indidit Phaemoni, ac variantium lectionum  
ex Augustano codice notas aliquot adiecit. nos autem  
Phaemonis nomen, ut ignotum, & nullius codicis  
auctoritate fulcum, expunximus: notas vero, ut super-  
fluas; praesertim quum duo codices, quos nobis regia  
bibliotheca suppeditauit, mire cum Augustano consen-  
tiant; imo alicubi etiam sint auctiores & emendatio-  
res, insuperhabuimus. ceterum si quid de auctore sta-  
tuendum sit; omnino is esse videtur qui de re accipitra-  
ria scripsit: siue fuerit Demetrius, siue quis alius, equa-  
lis geoponorum atque etiam hippiatricorum scriptori-  
bus. hoc enim veriusque operis prefatio indicat, & si-  
lus arguit. Aurifabri versionem edi curauimus, multo fe-  
liocrem accuratioremque ea quam Gillius quidam, do-  
ctissimis illius Petri Gillij nepos hieracosophiorum ver-  
sioni adtexuit.